

24
SINGULARE CLEMENTIÆ
PROTOTYPON.

Id est

EDVARDUS

OCCISORI FRATRIS SUI SCELUS
CONDONANS, ET GRATIAM VITÆ AMORE
DEI CRUCIFIXI LIBERALIUS
INDULGENS.

Sub auspicijs

ILLUSTRISSIMI, ac REVERENDISSIMI
DOMINI DOMINI

JOANNIS SIGRAY,

ELECTI EPISCOPI TEMNENSIS,
Præpositi Terræ Scepusiensis, Abbatis B.M.V. de
Csátar, Sacræ Cæsareæ Regiæq; Majestatis
Confiliarij, &c. Patroni, ac Meccœnatis
Gratiosissimj.

Cum

Literarijs Victoribus quartâ munificentiam præmia
largiretur.

A

Nobili ac Ingenuâ Juventute Episcopalis Gymnasij
Societatis JESU Scepusij in Capitulo in Scena Theatrali
exhibitus.

Anno MDCCII. Mensē

Die

ARGVMENTVM.

DEsideratis raræ Clementiæ Exemplum? spectate in Edvardo. Magister Simon Berti, Sacræ Theol. Doct. Ord. Præd. narrat in suis Sermonibus, Hominem quendam occidisse, Fratrem Nobilis cujusdam Viri (à nobis seu putatio, seu vero nomine Edvardi dicti) & cum non posset effugere manus ipsius quærentis ipsum ad vindictam cum omni diligentia, poenituit ipsum facti sui, & confessus patratū homicidium, commendavit se DEO cum prudenti deliberatione, & sponte ex improvviso illi se præsentavit die Veneris Sancto, & provolutus ad ipsius pedes, fune & cingulo è collo suspenso, veniam rogavit mortis, quam fratri ejus intulerat; & præterea, ut sibi vitam donaret amore DEI, & Filii sui amore JESU CHRISTI, qui eo die passus erat pro nobis. Visâ tantâ humilitate securâ ipsius de Clementia, Nobilis ille compunctus est, & illi condonavit pro amore Christi, vitamq; largitus est, & ipsum amplexatus, & osculatus dixit. Vade in pace Frater: DEUS remittat tibi in Coelis, sicut remitto tibi in Terra. *Ita præfatus Doctor.*



PROLOGUS.

Andromeda à Scelere & Vindicta ceto devoranda exposita, à Perseo Christiano Stimulante Amore Divino, Ceto confosso, illi verò effigie Christi Crucifixi in fugam actis, in pristinam libertatem vindicatur.

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

Edvardus Vir Illustris ac Nobilis animi sui in Crucifixum Jesum contestatur affectum, honori ipsius Colossum dicatum erigit, & in eo Sacratissimam ipsius effigiem publicè colendam exponit.

SCENA SECUNDA.

Orcus ob Colossum honori Crucifixi DEI erectum, furore & invidia ringitur, & Belzebug ad impediendum hunc pietatis ardorem Dæmones ablegat.

SCENA TERTIA.

Christinus Aulæ Præsul Reginaldo Fratri Edvardi, si felicem rebus in suis successum desideraret, devotionem in patientem Jesum, & Cruci affixum DEum enixè commendat. Id ex abdito observante Panurgo.

SCENA QUARTA.

Panurgus Pietatem commendatam Algino exponit: Christinum unâ explodunt, ætatem vegetam Genio suo indulgendam censent, senectutem sufficere pietati. Quapropter Reginaldum à bene cœptis revocare statuunt, quæ Provincia Panurgo committitur.

SCENA QUINTA.

Æacus & Minos Stygij Alastores priori formâ depositâ, hic Reginaldum in habitu Eremitæ à Pietate impedire pergit; ille in habitu Aulici omnem ad eventum in Aulam Edvardi abit.

SCENA SEXTA.

Dum Reginaldus Pietatis exercitiis Animum excolere studet, supervenit Panurgus & Mefarthus persuasuri ipsi ut vegetam suam adhuc ætatem Genio suo indulgeat, DEum contentum fore sola Senectute. Placet ipsi consilium primum, & in eorum Sententiam ire, si ita Viro Religioso sibi primum occursuro visum fuerit, pollicetur.

SCENA SEPTIMA.

Christinus per somnum quiescens intelligit Reginaldum in Pietate sibi committendam commendata frigere & torpere: unde mirum in modum terretur, & id ipsum, ut Edvardus diligenter prospiciat, nè contra Intentionem suam quidquam fieret, ipsi referre pergit.

SCENA OCTAVA.

Dum Alginus Sociorum inquirat sensum de negotio per Panurgum conficiendo, adest ipse, qui Alginum edocet de bono auspicio rei commendatæ à se locato; Plaudit Alginus, & Panurgus, ut negotium sibi commissum in plenam perfectamq; coronidem deducat, remittitur.

SCENA NONA.

Edvardus certus de Reginaldi constanti animo Christini Somnium figmentum & elusionem Dæmoniacam enunciat: Præsuli autem, nè inanibus & frustrantibus curis animum fatigare & lacerare pergat, admodum commendat.

SCENA DECIMA.

Florinus Præfectus Vigiliarum ad varias Urbis plateas Excubitores in omnem eventum destinat ac exmittit

CHORUS PRIMUS.

Genius Reginaldi fallacibus Syrenū blanditiis allectus mari se committit, & quando tranquillissimum existimat pelagus à Stygio Alastore, & mala Societate, mentientibus se Syrenesin mare suffocandus præcipitatur.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

Edvardus jurejurando se obstringit DEI Cruci affixi honorem ac gloriam ubiq; curaturum, præterea Sacrosanctè pollicetur, si quispiam nomine ipsius aliquid aut dandum, aut parcendum postulaverit, se liberalissimè concessurum.

SCENA SECUNDA.

Reginaldo deliberanti secum, an vegetam adhuc ætatem, Pietati consecrare debeat, sistit se primùm Stygius Alastor in forma Eremitæ, dein Panurgus: à quibus persvadetur Deum contentum fore, si ipsi senectutem in obsequiis impenderit.

SCENA TERTIA.

Consulto ab Eremiticò & Panurgo ad ludentes socios deducitur Reginaldus, ubi ob felicem in Iusu successum primùm artis magicæ arguitur: dein verò ab Algino ense transverberatur. Consternuntur novæ rei eventum universi, & dum clam Reginaldo parentare volunt, ab umbris fugantur, quæ transfosso parentant. Omnia hæc ex abdito observante Florino.

SCENA QUARTA.

Alginus cum Sociis revertitur, mortem Reginaldi quacunq; demum viâ celare constituunt: Algino in tutiora se recipiente, cæteris aliò dilapsis.

SCENA QUINTA.

Edvardus in solito mœrore se fatigari miratur. & dum mœoris sui causam indagat diligentius, refert Florinus Reginaldum Fratrem ab Algino ense transverberatum. Homo hic eò majori dolore affligitur, quo charior sibi Reginaldus esset, & sui impos in ferrum ruere cogitat, à ministris tamen prohibetur, & Florino, ut in necis Authorem inquirat demandatur.

SCENA SEXTA.

Alginus vehementioribus internè admonetur stimulis, ut Edvardum pro venia delicti, amore patientis JESU deprecetur: nè se tamen in discrimen conjiciat, cavere Edvardum omnimodè proponit.

SCENA SEPTIMA.

Florinus cum alijs Excubitoribus Urbis plateas percursans incidit in Hilarium, quem ratus Algino esse in vincula & compedes conjicit: demum agnoscitur, & liber dimittitur, ipsi verò Urbem repetunt.

SCENA OCTAVA.

Lamirus, Demirus, aliiq; Ministri Edvardi deliberant de adducendo Algino, alij carceri mancipandum censent; alij priusquam ad conspectum Edvardi compareat, suffocandum existimant.

SCENA NONA.

Hilarius quod ex manibus Excubitorum, qui eum patrati homicidij reum arguerant, liber evasisset, Coelitibus meritas gratias refert.

SCENA DECIMA.

Edvardus memor propositi acerbioribus animi stimulis angitur; hinc ad vindictam hortante amore Fraternali & scelere, inde amore Crucifixi DEI disvadente. Ambiguus itaq; inter vindictam & clementiam, primùm à stygio Genio mentiente se fidissimum Aulæ Ministrum ad puniendum scelus inducitur, mox tamen aliquantisper sedatis animi motibus, Christinum, ut ipsum hac super re consulat, convenire, vel advocare statuit.

CHORUS SECUNDUS.

Genio Algini inter metum & spem vinculis arctato adsunt Clementia & vindicta; quem ista ad poenam, illa verò ad gratiam sibi deposcit: certatur hinc & illinc, à superveniente tamen amore DEI Crucifixi, Genus Algini Clementiæ in manus traditur.

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

Christinus somnium suum declarat non fuisse fabulam, & figmentum diabolicum: Conniventiam Edvardi in Reginaldum inculcat. Pro Algino veniam reo deprecatur, renuit Edvardus primū, demum quia inimicis amore Christi veniam poscentibus se indulturum spondidisset, rem Sacrae Paginae Consilio Christino Præsuli decernendam committit.

SCENA SECUNDA.

Alginum poenitet facti sui, causam totam DEO committit, seq; in omnem eventum seu mortis, seu vitæ promptum & paratum resignat.

SCENA TERTIA.

Belzebub concilium cogit, rationes à Dæmonibus exigit, aliis vapulantibus, Æacus, & Minos bene subsistunt; & Judices Orci creantur. Fiunt hilaria de felicibus rerum successibus.

SCENA QUARTA.

Christinus ad postulatam Edvardi sacros codices consulit, & in exempla Clementiæ forte incidit, ex quo arguit remittendum esse Algino delictum: ut autem negotium feliciorum fortiretur effectum, Jovellum & Tenellum, ut apud Patrem pro venia occisoris deprecantur, instruit.

SCENA QUINTA.

Edvardo arguenti Florini, & Excubitorum tarditatem, sistit se Christinus cum Tenello & Jovello: ille quid sacri codices exposculent exponit; hi apud Patrem pro venia reo sollicitant, sed nihil impetrant, imò facessere è conspectu jubentur.

SCENA SEXTA.

Edvardus moræ impatiens ipse occisorem propriâ manu interficiendum postulat, & in Urbis plateas digregitur.

SCENA SEPTIMA.

Jovellus Præsuli suo refert preces suas, & Fratris Tenelli apud Patrem in irritum cecidisse: quare diritatem Edvardi exprobrant, ut in meliorem & mitiorem mentem transeat, apud DEum suppliciter orant.

SCENA OCTAVA.

Alginus quia manus Edvardi quærentis se ad vindictam effugere nō potest, se iteratō DEO commendat.

SCENA NONA.

Adest ex improviso Edvardo ipsum ad vindictam quærenti Alginus, quem dum ad primū conspectum transverberare parat, victus remorsu conscientiæ, ensē in terram abjicit. Alginus verò fune & cingulo è collo suspensō ad pedes Edvardi provolutus, veniam delicti amore Crucifixi DEI rogat & gratiam vitæ: quorum utrumq; liberalissimè impetrat. EPI-

E P I L O

Clementia à Divina Sapientia coronat
 virtutum Chorus applaudit, & in gra-
 tus Clementiæ ipsi se obligatam obstringit



N O M I N A A C T O R U M.

- | | |
|--------------------------------|--|
| <i>Edvardus.</i> | Sigismundus Görgey, Nobilis Ungarus Syntaxista, Illu-
strissimi Prælati Alumnus. |
| <i>Fratres</i> | |
| <i>Reginaldus</i> | Georgius Slavkay, Ignobilis Pannon Syntaxista, |
| <i>Tenellus</i> | Paulus Thron, Nobilis Germanus Parvifista. |
| <i>Filioli Edvardi</i> | Franciscus Forstner, Civis Germanus Parvifista. |
| <i>Jovellus.</i> | |
| <i>Christinus Aula Præsul.</i> | Matthias Karpay, Libertinus Pannon Syntax. |
| <i>Lamirus Præfectus Aula.</i> | Franciscus Simony, Libertin. Pannon Synt. |
| <i>Demirus.</i> | Martinus Lenartovicz, Ignob. Pannon Syntaxista. |
| <i>Aulici</i> | Ladislaus Pongratz, Nob. Ung. Syntaxista.
Casimirus Kassicky, Libertinus Polonus Grammar. |
| <i>&</i> | |
| <i>Ministri.</i> | Casimirus Kralicky, Civis Pannon Syntaxista,
Bartholomæus Falcinsky, Ignob. Pannon Syntax.
Andreas Sebeffi, Libert. Pan. Parvifist. Illust. Præl. Al. |
| <i>Ephæbi.</i> | Andreas Malurni, Nobilis Ung. Parvifista.
Ladislaus Szerdahely, Nob. Ung. Parv. Illust. Præl. Al.
Benedictus Kissel, Nob. Ung. Parv. Illust. Præl. Al. |
| <i>Alginus.</i> | Andreas Medvecky, Libertinus Pannon Syntaxista. |
| <i>Panurgus.</i> | Adamus Koltany, Civis Pannon Syntaxista. |
| <i>Hilarius.</i> | Matthias Czernensky, Civis Pannon Syntaxista. |
| <i>Mesarithus.</i> | Joannes Kraus, Nobilis Germanus Principifista.
Matthias Krausovsky, Ignob. Pannon Grammarista. |
| <i>Nobiles.</i> | Georgius Radioczy, Civis Pannon Grammarista.
Martinus Ruman, Civis Pannon Principifista.
Ladislaus Horansky, Nobilis Ung. Grammarista. |
| <i>Florinus.</i> | Blasius Lorinczovicz, Ignobilis Pannon Syntaxista. |

nsky, Civis Pannon Principista.
 s, Civis Pannon Principista.
 oseny, Nobilis Ungarus Principista.
 icky, Libertinus Pannon Parvifista.
 urczany, Nobilis Ungarus Grammatista.
 es Stephankovicz, Civis Germ. Grammatista.

Minos.

anciscus Simovich, Civis Pannon Grammatista.
 Michael Wisnovsky, Civis Pannon Syntaxista.
 Joannes Bravjak, Ignob. Pannon Grammatista.
 Martinus Jurkovich, Civis Pannon Principista.
 Matthias Hamborsky, Libertinus Pannon Parvifista.
 Andreas Witkocy, Libertinus Pannon Principista.
 Stephanus Somody, Nob. Ung. Parvifista.
 Bartholomæus Vietoris, Ignob. Pannon Parvifista.
 Andreas Kolbasky, Libertinus Pannon Parvifista.
 Adamus Sucsany Nob. Ung. Parvifista.
 Georgius Kadecky, Civis Pannon Grammatista.

Dæmones.

Nuntius.

P E R S O N Æ M U S I C Æ.

Perseus. Neptunus. Clementia. Justitia.

D. Stanislaus Rogowsky, Illust. Prælati Cantor & Musicus.
Scelus. Genius Reginaldi & Algini Religio.
Joannes Peltz, Civis Germanus Princ. Illustriss. Prælati Alumnus.
Andromeda. Syren. Metus. Sapientia Divina.
Stephanus Szentivány, Nob. Vng. Parvifist. Illust. Prælati Alumnus.
Amor Syren.
Paulus Pollak, Civis Germ. Princ. Collegii Leutschov. Discantista.
Vindicta. **Michaël Revay, Libertin. Pannon Parvifista.**
Spes. **Balchasar Javorsky, Civis Germanus Parvifista.**
His accedunt Intermediasta & Umbra. &c.

O. A. M. D. G. B. M. V. H.

